



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Examen Ordinandorum præcipuè incumbit Vicario in Pontificalibus  
generali, ibid & n. 27.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

beant ad examen: & quales ad exa-  
men non admittendi.

XXVI. Quorquot aspirant ad primā  
Tonsuram , vel Ordines minores seu  
maiores , se cum requisitis documentis  
sistant manē feriā quartā vel quintā an-  
te ipsam ordinationem , & nomina sua  
inscribi procurent in Domo Vicarij no-  
stri in Pontificalibus generalis , ut pia-  
habitā ab eo in scriptis licentiā , deinde  
iuxta præscriptum Concilij tam genera-  
lis Tridentini , quam Provincialis ac  
Synodalis Colonensis , horā & loco ad  
id constitutis , examineantur. <sup>a</sup> Ad ex-  
amen verò nulli pateat aditus , qui non  
honesto fuerit induitus habitu , & con-  
ueniente pro Ordinis sui ratione Tonsu-  
rā insignitus Clericali.

<sup>a</sup> Conc. Trid sess 23. de reform. c. 7. § 12. in  
fin. Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno S.  
p. 1. c. 22. 24. § 25. & sub Adolfo 3. Ar-  
chiep. Colon. Medio 1. c. N. andamus ut § 6.  
pag. 432.

Ordinandorum examini Vicarius in Pon-  
tificiis

tificalibus generalis interesse debet, &  
præsse.

XXVII Quoniam Apostolo præci-  
piente manus citò nemini imponenda  
est, & ab Ordinādorum examine Or-  
dinandorum prossus pendet electio;  
cordi debent esse vel maxime Vicario  
nostro Coloniensi in Pontificalibus ge-  
nerali, tanquam huic muneri in partem  
solicitudinis nostriæ Archiepiscopalis  
potissimum delegato, ea, quæ ad Examē  
hoc ritè instituendum, & ad principia  
sua reuocandum in Concilijs Provincia-  
libus ac Synodalibus sub decessoribus  
nostris Hermanno s. Adolpho 3. & alijs  
Archiepiscopis Colonensibus b lauda-  
biliiter sancta sunt & decreta. Et quam-  
vis Concilia hæc permittant, vt idem  
noster Vicarius adiutores & socios in  
hoc examinationis munere habeat, vo-  
lunt tamen omnino, vt primas solicitu-  
dinis partes teneat, nec quæ ipsi an-  
te omnia agenda erunt, alijs penitus ita  
committar, vt interim ipse omnium in-  
certus, si indignos remerè sacro Ordine  
initiauerit, siat particeps alienorum pec-  
cato-

catorum, & offendicula quæ consequētūr, ipsi adscribantur. Quare inhārentes Decretis tam dicti generalis Tridentini, quam Prouincialium ac Synodalium Coloniensium Conciliorum, volumus omnino & serio mandamus, ut ordinādorum examini generalis noster in Pontificalibus Vicariis, cum cæteris Examinatoribus deputatis non tantūm inter sit (quandounque per alias suas occupationes grauiores commodè potuerit) sed & eidem Examini vice & auctoritate nostra præsit; ac quæ ex antiquis & nouis Patrum sanctionibus, de qualitatibus Ordinandorum in Oecumenico Tridentino atque Prouincialibus & Synodalibus Coloniensibus Concilijs b præscripta sunt, studiosè magnaqué cum diligentia, in usum & consuetudinem deducat, & non frustra, sicut ante hac (perinde ac si ista cura ad eum non pertineret) hæc præcripta & toties repetita esse patiarur.

a 1. Timoth. 5. 22. c. nullus. c. quando dist. 24.  
Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 7. II. § 12.  
b Conc. Prouinc. Colon. sub Hermanno 5. p. I.  
c. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 29. § 30.  
§ sub

¶ sub Adolpho 3. Medio 2. c. deinde vi-  
sum &c. c. quoniam vero &c. c. quoniam  
non oportet. c. mandamus pag. 431. & 432.  
Synodus Coloniensis anno 1612. secunda Octobris  
celebrata, tit. 3.

XXVIII. Quilibet autem Examina-  
torum, antequam recipiatur, præstabit  
coram nostro in Pontificalibus Vicario,  
sequens fidelitatis Iuramentum.

Iuramentum ab Examinatoribus  
præstandum.

Ego N. ad munus Examinis Ordinan-  
dorum assumpsus, iuro ac promitto obe-  
dientiam, reuerentiam & honorem Sum-  
mo Pontifici Romano, ac Reuerendissimo  
Domino N. Archiepiscopo & Principi E-  
lektori Coloniensi, eorundemque Succes-  
soribus. Item iuro & promitto me in eo  
munere, omni humana affectione deposita  
fore fidelem, ac diligenter inuigilaturum,  
ne quispiam indoctus, iniidoneus, alii sive  
qui n. agis destructurus, quam edificatu-

rus